Quelle:
Copyright:

6

Stephani de Egenburga sermones tres. 311a – 328a

Stephani de Egenburga sermones tres. Primus de S. Jacobo Majori incipit: "Dilecti in domino hodie S. mater ecclesia festivat solemnia sancti Jacobi apostoli majoris hujus ecclesie patroni sanctissimi". An Stephani sit, incertum est: caret enim authoris nomine. Secundus loquitur de dotibus anima, et corporis post mortem, ac incipit: "Erunt signa in sole &c: Gregorius in Omilia dicit quod dominus et redemptor noster". Huic in fronte adscriptum est nomen authoris et Annus 1446. Tertius Rubrica notatur: In die circumcisionis ao 47. inchoatur: "Postquam consumati sunt dies octo &c: De hac festivitate XII pauca referam ut convertar ad complendum ea que prius de beatitudinibus electorum incepi". /: nempe in sermone precedenti :/ In fine autem mutilus est.

7

Petri de Pirchenwart quæstiones duæ theologica. 329a – 332b

Petri de Pirchenwart quæstiones duæ theologica. Prima incipit: "Dubitatur an prene parentum in filios traducantur". In calce ejus legitur: "Per Magistrum Petrum de Pirchenbart". Secunda inquirit: "Utrum liceat appetere episcopatum".

Petrus Reicher de Pirchwart sive Pirchenwart Theologus Viennensis, academicis dignitatibus, et scriptis clarus obiit circa annum 1433. Vide Script. Univers: Vienn: Sæc: I pag: 101.